

SCHEMA DI REGESTO

PERGAMENA N. 11

COLLOCAZIONE:	Comune di Atessa- Archivio storico
SERIE:	Fondo pergamene n. 11
DESCRIZIONE ARCHIVISTICA:	Ingiunzione di pagamento
ESTREMI CRONOLOGICI:	27 gennaio 1306
CONDIZIONAMENTO:	Cassettiera di legno
SUPPORTO:	Membranaceo
DIMENSIONI:	Altezza 40,5 Larghezza 27,5 Diagonale 48,5
NUMERO DELLE CARTE:	1
NOTE:	Scrittura minuscola diplomatica

SUNTO:

Napoli, 27 gennaio 1306

Doffo Barculo e Daczo Rainerio, mercanti della società dei Bardi di Firenze, nominano come procuratore Tano Ainetto per riscuotere da Tommaso di Falco, capitano di Atessa, 415 once d'oro e 8 tari a saldo della seconda rata di 500 once sul totale delle 2000 once già promesse alla regia curia dall'università di Atessa per rimanere nel regio demanio; once già cedute da Raimondo Berengario, figlio del re Carlo II, ai suddetti mercanti fiorentini per il pagamento di un mutuo contratto per uguale importo.

TRASCRIZIONE:

1. In nomine domini Dei eterni et salvatoris domini nostri Iehsu Christi. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo sexto, regnante domino nostro Karulo /
2. secundo, Dei gratia Jerusalem et Sicilia serenissimo rege, ducatus Apulie et
3. principatus Capua, Provincie et Forchalquerii comite, reg/norum eius anno vigesimo secundo felicitar, amen. Die vicesimo septimo mensis ianuarii quarte
4. indictionis apud Neapolim, nos Anarnius / de Costando iudex civitatis Neapolis, Michael de Villana publicus eiusdem, civitatis notarius presenti scripto publico
5. declaramus quod discretii viri / Doffus Barculi et Daczus Raynerii cives et

- mercatores Florentie, socii de societate Bardorum de Florentia et nunc morantes
6. Neapolis / pro eadem societe, constituti coram nobis, consentes prius in nos pre dictos iudicem et notarium tamquam in eorum, nostrani in hic parte
 7. iurisdictionem prorogantes, in nostra presentia/ et testium subscriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatoram sponte fecerunt, constituerunt et ordinaverunt,
 8. nomine eorum et predictorum eorum societatis, verum et legitimum procuratorem et certuni et speciale nuntium discretum virum Tanum Aynetti socium eorum, licet absentem tamquam presentem, et precipue ad petendum, exigendum et /
 9. recipiendum eorum et predicte eorum societatis nomine et pro parte de viro nobili domino Thomasio de Falco de Capua, militi regio capitaneo Atisse, tam unciarum
 10. auri / quadringentas quindecim et tarenos otto restantes de summa quingentiarum unciarum, per ipsum capitaneum pro seconda pag'a unciarum auri duarum milium
 11. promissarum / sacre regie maiestati per universitatem hominum diete terre Atisse et infra certos terminos solvendarum, ea silicet de causa quod ipsa sacra regia
 12. maiestas terram / ipsam Atisse nuper de suo demanio fecit in eo perpetuo retinendam; que duomilia uncias in auro dieta sacra regia maiestas illustri domino
 13. quondam domino Raymundo / Berengario nato eiusdem domini nostri regis, comici Pedismontis et honoris Montis Sancii Angeli domino, magno regni Sicilie
 14. senescallo in subsidium prosecutionis / quorumdam agendorum suorum sibi tunc presentialiter incumbentium de speciali gratia concessit et donavit et deinde
 15. Lippus Aldebrandinus mercator de predicta societate Bardorum de Florentia, familiaris et fidelis regius, tam suo quam eiusdem societatis nomine uncias auri duomilia prefata quondam domino Raymundo de sua et eiusdem societatis /
 16. pecunia mutuavit ipseque dominus Raymundus predicta duo milia uncias in auro per ipsum Lippum sibi, sicut preponitur, suo et prefate societatis nomine mutuata
 17. super pecunie (!), / per universitatem predictam debita et per ipsam regiam

maiestatem ut premictitur ipsi domino Raymundo filio suo donata, dicco Lippo et

18. eiusdem societatis pro restitutione iam / providerit et duxerit assignanda, quam etiam
alias uncias quingentas eídem societati Bardorum, pro terna paga ex

19. predictis certis terminis ut predicitur debita et faciendum eidem / capitaneo necnon
et predicte universitatis terre Atisse cautelam de receptione ad consilium sapientis
solventis ipsius. Et generaliter ad omnia alfa et singola coram et

20. predictorum eorum / societatis nomine et pro parte facienda et gerenda super
premissis et quolibet premissorum, que quilibet verus et legitimus procurator seu

21. certus et specialis nuncius, habens ad hoc generale / et speciale mandatum, facere potest et
debet et que, si ipsi iidem constituentes si personaliter hiis adessent,

22. facere deberent et possent, promittentes et obligantes se predicti / constituentes, sub
ypoteca et obligatione omnium bonorum eorum et predicte eorum societatis, se et
predictam eorum societatem ratum gratum habiturum et firmum totum et

23. quicquid per eundem / procuratorem eorum actum, gestum et procuratum fuerit
super premissis et quolibet premissorum, mini predicto notario tamquam puplice

24. persone, pro parte cuius intererit legitime stipulanti; ut / autem et quod de presenti publico
procurationis instrumento nequeat in aliquo dubitare, ipsum exinde factum est per
manus mei notarii supradicti, signo meo solito, mei predicti qui /

25. supra iudicis sigillo et subscriptione, sigillo predictorum constituentium ac nostrum
subscriberum testium subscriptionibus roboratum. Quod scripsi ego

26. predictus Michael notarius / qui predictis omnibus rogatus interfui et meo solito

27. signo signavi. / Ego Anarnius de Costancio qui supra iudex Neapolis subscripsi /

28/29 Ego Guillelmus dictus Lombardus publicus civitatis Neapolis notarius testor / Ego

30 Ligorius Guarracenus testis subscripsi / Ego Tomas Iaconsi testis subscripsi /

31/32 Egho Calzino Boni de Florenzia testi sunt. i¹ Egho Nicholinus Benincasa de Florentia
testor.